


Biblioteca  
ASTRA, Sibiu

92

12

SC.H.

S 1105  
2462



•B·A·

11124  
6288

BIBLIOTECA "ACTREI"  
(Asociație pentru literatură și cunoaștere populară și românească)



Centrala Cibiu.

Nr. 11124

16288

935.

1199

90/

PTT24

LEXICON  
ABRVPTIONVM  
QVAE IN  
NVMISMATIBVS  
ROMANORVM

OCCVRRVNT

STVDIOSAE IVVENTVTI

AD

EXPLICANDOS NVMOS ADORNATVM  
VARIISQVE OBSERVATIONIBVS  
ILLVSTRATVM.



NORIMBERGAE  
APVD CHRISTIAN. GOTTHOLD. HAVFFIVM  
CICICCLXXVII.

1964

1964

1984

БИБЛИОГРАФИЧЕСКАЯ  
СТАНЦИЯ



4056

11124

VIRO

DE ECCLESIA RE LITTERALI

AC SCHOLASTICA

OPTIME MERITO

SVMME REVERENDO EXCELLEN-  
TISSIMO AC DOCTISSIMO

GEORGIO CASPARO  
HOPFIO

SERENISSIMORVM DVCVM

SAXO MEININGENSIVM PROTO SYNE-

DRII GRAVISSIMO ADSESSORI

ECCLESIARVM ANTISTITI SPECTATISSIMO  
PASTORI PRIMARIO

EPHORO PERILLVSTRIS LYCEI

QVOD MEININGAE FLORET

LONGE MERITISSIMO

628

INSPECTORI ET COLLEGAE

IN BERNHARDINO

QVONDAM CONIVNCTISSIMO

NVNC

PRAEPOSITO SVO

MAXIME VENERANDO

AC PATRONO AD CINERES

VSQVE COLEND0

HAS LVCVBRATIONES

QVAEQVE IN IIS TRACTANTVR

D. D. D.

E D I T O R.

ETHOIE VACUUM

CHECITIAM SONOR



## AD LECTORES.

Breuem hic frequentiorum et latina-  
rum et graecarum abruptionum,  
quae in priscis numis adspiciuntur, ex-  
hibemus catalogum. Saepius enim e-  
pigraphe nominis et titulorum, siue sym-  
bolorum inscriptio posticae partis aequa  
ac monetarium subscriptio tanta sub ab-  
ruptione latet, ut cuilibet eam explica-  
re non liceat. Operae pretium esse pu-  
tauimus, ut hanc studiosae iuuentuti  
aperiremus viam. Plurimos quidem il-  
losque grauissimos viros hac in re ha-  
buimus antecessores: HVBERTVM  
GOLZIVM, antiquarium eximum et  
numismatum indagatorem acerrimum,

## PRÆFATIO.

in thesauro suo rei antiquariae ; IOANNEM PRETENIVM *de notis et siglis antiquorum* ; SERTORIVM VRSATVM in primis, equitem et professorem Patauinum, *de notis Romanorum*, quem HVMPHRIDVS PRIDEAVX marmoribus suis *Oxoniensibus* annexuit ; CAROL. PATINVM, equitem d. Marci, medicinae doctorem et professorem académiae Patauiensis, in *introductione ad historiam numismatum* ; BVRCARD. GÖTTHELF STRVVIVM, professorem Ienensem, in *Bibliotheca numismatum antiquorum* ; ANONYMVM ICTVM *de veteris numismatis potentia et qualitate* ; CAROLVM du FRESNE in dissertatione *de inferioris aeui numismatisbus* ; du CANGE in *glossario suo mediae latinitatis* ; cuius hac de re disquisitio nem MEDIOBARBVS commendat in

Occo-

## PRÆFATIO.

*Occone audo et ipse excerpta tradidit  
potiora.*

Hi autem viri solertissimi, cum omnes fere abruptiones, quae non in priscis numismatibus solum, sed inscripti-  
nibus etiam lapideis ac marmoribus occur-  
runt, suis inseruerint scriptis: nos se-  
quenti trademus catalogo eas tantum-  
modo notas, quae ad numorum noti-  
tiam et ad vocum lectionem spectant.  
Frequentiores tam latinas quam graecas  
exquisiuimus abruptiones, quasque col-  
legimus antiquorum notas, ad numis-  
matum cognitionem comparandam ty-  
ronibus sufficere et studium nostrum au-  
do lectori omni ex parte satisfacturum  
arbitramur. Si autem quid tibi dispi-  
ceat, Zoile! cogita non tibi, sed iis  
hoc lexicon esse vulgatum, qui aequales  
tecum in antiquitatis notitia progressus

## PRÆFATIO.

non fecere. Quibus ut gratissimum nos fecisse dubium non est, eamque ob causam a te, si rationes nostras recte perpenderis, aequius nobis iudicium promittimus. Valeatis lectores cuiusvis generis ac dignitatum, nostrisque studiis, rei Romanorum numariae dicatis, faueatis. Francofurtensibus nundinis vernalibus. CICCI CCCLXXVII.





# LEXICON ABRVPTIONVM.

## A.

**A.** littera numeralis, *primus*.

A. Ω. *primus*, vltimus.

A. FLAV. *prima* Flauia, quae est Caesarea in Palestina.

A. A. P. *Prima* Augusta Patrensis.

KYZ. A. Cyzici in officina *prima* cufus.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ A. πρώτης. *primaes*.

ΑΜΚ. πρώτη μητρόπολις Κιλικίας.  
*prima* vrbs Ciliciae.

A. A. annus *primus*.

\* quod A. λ. interpretatur λυναβαντος, vid.  
L. & ἐτζε. vid. E.

**A. Absoluo.**

\* Lucius Cassius, Tribunus plebis Ao. 606. legem tabellariam tulit, vi cuius P R. in omnibus iudiciis, perduellione excepta, per tabellam suffragium esset, tribus sc. tabellis, una in qua littera A. (Absoluo) altera C. (Condemno) tertia N. L. (Non liquet) pro ampliatione. Quali tabella, in qua A. C. Quintus

Cassius, vt memoriam atavi sui renouaret, posticam numi ornauit.

A. Ἀμφότερα.

v. ANAZ APPOT.

A. Auius. A. F. Auli Filius.

A. A. A. F. F.

*Aere, Argento, Auro, Flando, Feriundo.*

\* Officium IIIvirorum erat, curare, ne numus adulterinus conflaretur, nec pondus minuendo, nec materiam vilorem admiscendo, nec denique aliam pro alia substituendo. Quarum characterum sollempni inscriptione triumviri monetales quasi sese sponsores tradebant aequitatis monetarum sua autoritate procusarum. Hinc quoque typus monetae tres Deas stantes repraesentabat, trutinas tenentes, quarum prima aureis, secunda argenteis, tertia aeneis signandis consecrata; imo ante pedes trium figurarum conspicuntur tres colliculi metallorum, auri, argenti, aeris.

A. A. D. Ad Aerarium Delatum.

E. EA. P. Q. I. S. A. A. D.

*Ex EA Pecunia, Quae Iussu Senatus Ad Aerarium Delata est.*

A. A. PATR.

*Aroe Augusta Patrensis Colonia, siue, Prima Augusta Patrensis.*

A. C. in tabella, Accuso, Condemno.

AC. Acceptae.

FRVG. AC. Fruges acceptae.

ACT I M P. Attio Imperator Augustus Apollini victimam obtulit.

ACT. Attiacus, Attianus, Attium.

AD

**AD A DE.** *Ad Aerarium Detulit.*

**AD FRV. EMV. EX S. C.**

*Ad Frumentum Emundum Ex Senatus Consulto.*

\* Cum maxima Romae esset annonae caritas, alegati fuerunt Seruilius Caepio cum Calpurnio Pisone, ad frumentum emundum ex S. C., de qua frumentaria coemtione Paulus IC. L. 21.

**ADIAB.** *Adiabenicus.*

**ADI.** *Adiutrix.*

**LEG. II. ADI VI PVI F.**

Legio II. secunda Adiutrix, Sextum Pia, Sextum Fidelis.

**ADLOC.** vel **ADLOCVT.** *adlocutio.*

**ADLOC. AVG.** *Adlocutio Augusti.*

**ADLOCVT. COH:** *Adlocutio Cohortium.*

\* Adloquebantur cohortes, cum Imperator ante prelum milites ad fortiter agendum exhortearetur, seu cohortium fortitudinem in ista adlocutione laudaret. *Commodus adloquebatur* milites, cum ad imperium peruenisset. *Suggeslus* vocabatur tribunal, si Plinio ac Tacito fides, atque ex viridi cespite exstribebatur.

**ADQ.** *adquisitus.*

**ARAB.** **ADQ.**

Arabia Adquisita.

**AΔPI.** *Hadrianus.* **AΔPIANOC.** **AIA.** **AΔPI.**

Aelius Hadrianus.

**ADVENT.** *Aduentus.*

**ADVENT.** **AVGG.** **N. N.**

*Aduentus Augustorum nostrorum.*

\* In omnibus numismatibus, in quibus vox *Aduentus* legitur, siue cusa sint propter aduentum in urbem, aut in prouinciam aliquam, aut ad exercitum, Imperator conspicitur manu protensa, securitatem, pacem et salutem nuntians, ut **ADVENT. AVG.**

*Aduentus Augusti.*

**AED.** *Aedes.*

**AED.** **DIV.** **FAVSTINAE.**

*Aedes diuae Faustinae.*

**AED.** *Aedilis.*

**CERIALIA** PREIMVS FECIT MEM-  
MIVS AED.

*Cerialia primus fecit Memmius Aedilis.*

**AED.** **CVR.** *Aedilis curulis.*

\* Aedilium curulum erat, curare ludos et annona. Plin. H. N. L. VIII. 36. Cic. de Leg. L. I.

**AED.** **PL.** *Aedilis Plebis.*

**AEL.** **AIA.** *Aelius.*

**AEL.** **MVNICIP.** **CO.** **EL.** **ANT.**

*Aelium Municipium Confuaranorum Eli-  
beris Antonina.*

\* Intelligas *Collioure* in *Roussilion*.

**AIA.** **AΔPI.** *Aelius Hadrianus.*

**AIA.** **AVP.** *Aelius Aurelius.*

**AEQVIT.** **AVG.** *Aequitas Augusti.*

**A.** *Aerarium.*

S. P. Q. R.  
IMP. CAE.  
QVOD. V.  
M. S. EX  
EA. P. Q. IS  
AD A. DE.

Senatus Populusque Romanus Imperatori  
Caesari, Quod Viae Munitae Sint Ex Ea  
Pecunia, Quam Is Ad Aerarium Detulif-  
set,

\* Cippo numismatis Vinicii sic adscriptum le-  
gimus, sed et ex Dione et Liuio adstruitur.

AET. AETER. AETERN. *Aeternus. Ae-*  
*ternitas.*

AETERN. AVGG. *Aeternitas Augusto-*  
*rum*, hoc est, vitam aeternam et lon-  
gam S. P. Q. R. patri et filio, *Philippis*  
optant.

AETERN. AVG. N. *Aeternitas Augusti*  
*Nostris*, in numo *Maxentii*, vt immorta-  
litatem Castoris et Pollucis accipiat.

ROMAE AETERN. *Romae Aeternae.*  
Eo scilicet Romanorum processit infâ-  
nia, vt diuinos honores vrbi suae tri-  
buerent, eique templa et aras aedifi-  
carent, nec non sacerdotes constitue-  
rent, cuius testes sunt numi, qui *Osav*  
*Pouay* celebrant. Vrbis illius *aeternae*  
memoria in numis Hadriani, Antonini

pii, Commodi, Alexandri Seueri, Gordiani &c. extat.

## AETERNIT. AVGG.

*Aeternitas Augustorum.*

## AETERNIT. IMPERI.

*Aeternitas Imperii.*

\* Superbus hic posteris areae titulus numi *Seueri* demonstrat, Seuerum illum per filios, *Caracallam* et *Getam*. quorum facies spectandas sistit, AETERNIT. atem IMPERIO Romano promittere Sperabat enim perpetuam familiae suae in imperio successionem, quam felici prolis serie hi principes iuuentutis sint extensuri. *Seuerus* tamen satis prospicere non potuit, quo minus ipsa filiorum discordia spem suam fecellerit. Nam post eius mortem Antoninus Caracalla quidem et Geta suscepserunt imperium pari potestate administrandum, primo autem anno Antoninus insimulatum fratrem insidiarum contra se cogitatarum, supra matris pectus interemit. Herodian. L. IV.

A. F. Auli Filius.

AFR. *Africa.*

AFR. *Africanus.*

IMP. MANT. GORDIANVS AFR.  
AVG.

Imperator Marcus Antonius Gordianus  
*Africanus Aug.*

ΑΓΡΙΠΑ. *Agrippa.*

AGRIPP. *Agrippina.*

AHENOBARB. *Ahenobarbus*, sic dictus Cn.  
*Domitius* Imperator.

A. I.

A. I. *Augusta Iulia.*

C. A. I. *Colonia Augusta Iulia*, quae  
est *Cadix.*

ΑΙΛ. AEL. *Aelius.*

ΑΙΛ. ΑΔΡΙ. *Aelius Hadrianus.*

ΑΙΛ. ΑΤΡ. *Aelius Aurelius.*

Α. Κ. Ἀμφοτέραις Κιλικίας utriusque Ciliciae.

ΑΚΠΟΛΙΚ. Ἀυτοκράτωρ Καῖσαρ Πούβλιος Δι-  
κτύος.

AL. *Aquileia* v. AQIS.

S. M. AL. *Signata moneta Aquileiae.*

ALB. *Albinus.*

IMP.CAES.D.CLO.SEP.ALB.inus AVG.

ALBIN. *Albinus.*

D. CL. SEPT. ALBIN.us CAES.

A. L. C. *Lugduni cufus.*

ALE. ALEXANDA. ALEXANDREA. *Ale-  
xandria.*

\* ALE. verius est *Alexandria* quam *Primae  
Lugdunensis Exastores.*

ΑΛΕΞ. *Alexandriae numus cufus.*

ALEXAND. *Alexander.*

ALIM. *Alimenta.*

ALIM. ITAL. *Alimenta Italiae.*

AMK. Πρώτη Μητρόπολις Κιλικίας.

*prima urbs Ciliciae*, quae esset *Tharsus.*

Siue Ἀμφοτέραις Μητρόπολις Κιλικίας, quae  
erat *Anazarba* in Ἐπαρχίᾳ B. secunda.

Numus Corneliae Paulae.

ΑΝΑΖ ΑΡΒΟΥ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΗΤΡΟΠόλεως  
 'Αυφατέρης Κιλικίης, vt in numo Valeriani  
 legitur perspicue vrbs *Anazarba*.

A. N. Auli Nepos.

AN. *Annus*. COL. AN. COM. Colonia  
 Annii Commodi.

AN. *Annus*.

\* Latinorum AN. cum addito numero, quem  
 vocant, Romano, annum Coloniae deductae  
 denotat. Annos epocharum iis explicandos  
 relinquam, qui se obscurissima exposituros  
 profitentur. e. c. Numus *Tiberii III.*

K. + R. I. A N N O

quibus characteribus annus explicandus est.  
*Iobertus numum Phocae*

Anno XXXXIII.

KYZ. A.

hac explicatione illustrat:

Anno regiminis quarto, *Cyzici* in prima of-  
 ficina cusus, valore quadragesima parte assis.

*Luculentius* apparet subscriptio:

AN. I. *Anno primo*

AN. II. *Anno secundo &c.*

Annos imperii aetatis et tribunitiae potestatis  
 frequenter per litteras graecas designabant,  
 quae in *Augusti* numis videntur tribunitiae po-  
 testatis annos indicare et ad XXXV. vsque ex-  
 currunt, XXXVI. enim tribunitiae potestatis  
 anno mortuus est. In *Commodi* vero numis  
 videntur esse aetatis anni, regnauit enim tantum  
 XIII. ann. et litterae numerales vsque ad KZ.  
 seu XXVII. excurrunt. Imperii autem annos  
 designat numus *Alexandri Seueri*, in quo  
 περιόδος δεκάτη.

AN.

**AN. XV. PR. H. O. C. S.** *Annorum XV.*  
*Praetextatus Hostem Occidit, Ciuem Seruauit.*

**AN. ANT. ANTH. ANTI. ANTIOX.**

subscriptio varia, quarum quaeuis denotat, numum *Antiochiae* s. *Anthiochiae* fuisse cusum.

**ANB.** *Antiochiae officina B f. secunda*, quia Antiochiae perplures officinae moneta- riorum, qui monetae cudendae praeerant siue in moneta publica operabantur.

**ANT. Γ.** *Antiochiae signata moneta in of- ficina γ. tertia.*

**SMANS.** *sacra moneta Antiochiae signata.*  
**S. M. ANT.** *signata moneta Antiochiae.*

**A. N. F. F.** *Annus Nouus Felix Faustus.*

**S. P. Q. R. A. N. F. F. O. P. P.**

Senatus Populus Que Romanus Annum Nouum Faustum Felicem Optimo Prin- cipi Pio. (Antonino Pio)

**ANKTPAC.** *Ancyra.*

**METPO ANKTPAC.**

Metropolis Ancyra.

\* *Ancyra, metropolis Galatiae, quae regio orientis fuit, Phrygiae contermina.*

**ANNI. & AN.** *Annius.*

**ANT. vel ANTO. vel ANTON.** *Antonius.*

**M. ANTO. IMP.**

Marco Antonio Imperatore.

**ANTO. BALB. PR.**

Antonius Balbus Praetor.

**ANTIO-**

---



---

## ANTIOCHENI.

*Primae Narbonenses Tutatori Imperii, Odio  
Christianorum Etiam Nobis Irato.*

\* Iure meritoque *Iobertus* de hac resolutione dubitat.

## ANT. ANTΩNEINOC. *Antoninus.*

\* *ANTONINI* teste *Capitolino*, *Pius* primus, *Marcus* secundus, *Verus* tertius, *Commodus* quartus, quintus *Caracallus*, sextus *Geta*, septimus *Diadumenus*, octauus *Heliogabalus* fuere, et in horum omnium numis, exceptis iuxta Spanhemium diss. VIII. L. Vero et Geta, nomen cuiusque expressum legitur, saepissime *PII* tantum, et *AVGVSTI* additis cognominibus, vt adeo tot *Antonini* non minimam inducant confusionem. Huic tamen occurri posse statuunt harum rerum periti, si obseruetur numerus tribunitiae potestatis vel consulatus, aut hoc deficiente ad vultum cuiusque horum Imperatorum bene attendatur. *Alexander Seuerus* delatum sibi a senatu *Antonini* nomen recusavit.

## ATT. K. M. AYP. CEOTP. ANTΩNINOC. ATT.

*Αυτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἀυγύλιος Σεουῆ-  
ρος Ἀντωνεῖνος Ἀυγύζος.*

Imperator Caesar Marcus Aurelius Seuerus Antoninus Augustus

\* Quo numo *Caracalla* more maiorum patris nomen *Σεουῆρος* suis praenominibus addidit, quo a ceteris *Antoninis* optime discernitur. *M. Aurel. Antoninus* autem a Seuero appellatus fuerat hic *Caracalla*, in honorem optimi Imperatoris *M. Aurel. Antonini Philosophi*.

ATTO-

**ATTOKPA. K. MAPKOC. AVP. ANTΩNEINOC.**

\* Est eiusdem *Caracallae*, sed legitur ANTΩNEINOC cum EI, alias vero scriptum ANΤΩΝΙΝΟC, forsan quod eadem sit vtriusque pronuntiatio, alia solum scriptio, id quod variis exemplis ex antiquitate petitis elucet.

**A. N. TR.** forte est:

*Argentum Nonum TreuireNSE.*

**A. Ω.** *Alpha, Omega.*

designat Iesum Christum, primum et ultimum.

\* Filii Constantini Max. et plerique deinde Caesares, hac nota in labaro vsi sunt.

**AP. Appius.** AP. F. Appii Filius.

AP. N. Appii Nepos.

**A PARTH.** RECVP. *A Parthis recuperatis.*

**AP. CL.** *Appius Claudius.*

**AP. F.** *Appii Filius.*

**A. P. F.** Auro vel argento Publico Ferriundo.

**AP. N.** Appii Nepos.

AP. siue

**APOL.** *Apollo.* APOL. MONET. Apollo Monetae.

**APOL. CONSERV.** *Apollini Conseruatori.*

**APOL. PAL.** *Apollini Palatino.*

\* Intellige Apollinem Actium, Palatinum vocatum, quod ab Augusto in Palatio dicatus fuerit post Actiacam pugnam, spectatque hic nummus *Commodi* ad iudos Apollinares, ob pestem, Romae grassantem, cuius Dio meminit:

Tanta

Tanta pestilentia fuit, quantam numquam  
fuisse cognoui.

**APOLI.** *Apollini.*

**APOLL.** *SALVTARI.* Apollini Salutari.

**A. P. R.** *A Populo Romano.*

**A. PV.** *Autoritate Publica.*

**A. PV.** *Argentum publicum.*

**EX A. PV.** *Ex Argento Publico.*

**EX A. SABIN.** *Ex Argento in memo-  
riam Sabinorum.*

**AQ.** *Aquileia.*

**AQIS.** vel **A S.**

Aquileiae signata moneta.

**AQ. P. S.** Aquileiae pecunia signata.

**AQ. O. B. F.** Aquileiae officina secunda  
feriit; siue, officinae secundae fabrica,  
quia Aquileiae plures officinae mone-  
tales reperiebantur.

**S M A L.** signata moneta Aquileiae.

**S M A Q.** idem.

**S. M. A. Q. P.** sacra moneta Aquileiae  
percussa.

**S M N A.** signata moneta noua Aqui-  
leiae.

**AQVA** *Marcia* in urbem deducta ab An-  
co Marcio.

**AQVA MAR.** *Aqua Marcia.*

**A. R.** *Asta regia.* **CAR** *Colonia Asta Regia.*

**ARAB.** *Arabicus.*

**ARAB. ADQ.** *Arabia adquisita.*

**APICT.**

APICT. "Αριστος, optimus.

A. AR. ARL. Arelate.

ARL. S. Arelatis signata moneta.

PARL. percussa Arelate. s. pecunia Are-late signata. s. pecunia Arelatensis.

Q. AR. Quinta Arelatensis officina.

T. AR. Tertia Arelatensis officina mo-netalis.

ARM. Armeniacus, Armenus, Armenicus.

L. VERVS AVG ARM PARTH MAX.

Armenicus, Parthicus, Maximus, Verus.

ARME. Armenus.

REX ARME. DAT.

Rex Armenis Datus.

\* Soaemus ab Imperatore Vero.

ARME. Armenia.

ARME. CAPTA. Armenia Capta.

ARMEN. rmenia.

ARMEN. RECEP. Armenia Recepta.

APX. vel APXIE. vel

APXIEPI. 'Αρχιερευς, Sacerdos.

APX. MET. 'Αρχιερευς Μέγας. Pontifex Ma-ximus.

AS. Aquileiae Signata Moneta.

ASI. Asia.

COMM. ASI. Communitas Asiae.

ACI. Asiarcha.

PΟΤΦΟΡ ACI CAPDIANΩΝ Sub Rufo  
Asiarcha a Sardianis percussum.

ASIA



**ASIA.** *Asiaticus.*

**SCIP.** **ASIA.** *Scipio Asiaticus.*

**ASIAG.** *Ajiageta.*

\* *Ajiageta ex victoria Asiatica dictus L. Cornelius Scipio, Africani maioris frater.*

**ASIRM.** *Sirmii in prima officina cufus.*

**ASIS et ASISC.** *Sisciae cusa moneta in fabrica prima.*

**ACY.** *Afylum.*

**CAMOC IEP.** **ACT.**

*Samosata Sacra Afylum.*

**ATEL.** *Atellius.*

**CN. ATELL.** **FLAC.** **CN. POM.** **FLAC.**

**IIVIR Q. V. I. N. C.**

*Cneo Atellio Flacco et Cneo Pompeio Flacco, DuumViris Quinquennalibus. Victrix Iulia Noua Carthago.*

**ΑΘΜΩΔΑ.** vid. ΕΝΠΙΑΘΜΩΔΑ.

**ATRATIN.** ΠΤΩΙ.

*Atratinus cum tripode Pythico.*

**AVG.** *Augur.*

\* *Augur ex cantu volatuque avium et tripu-diis pullorum futura coniecit*

**AX.** *Augur DecemVir.*

**A. AVG.** *Augustus.*

\* *Ab omnibus fere Imperatoribus receptum fuit hoc proprium supremi fastigii insigne.*

**P. A.** *Pietas Augusti.*

**S. A.** *Securitas Augusti, vel Augusta.*

**AVGG.** *Augusti Duo,*

**AVGGG.**

AVGGG. *Augusti Tres.*

CONCORDIA AVGGG.

Concordia *Trium Augustorum.*

ATT. \*Αὐγύστος. *Augustus.*

\* Quamquam nomina Romana, μάγειος, Ἀγ-  
τωνεῖνος &c. etiam in numis pure Graecis Ro-  
manam appellationem semper retinuerunt, sic  
illud ΑΤΓΟΤCTOC, *Augustus*, in proprii co-  
gnominis vicem transtulerunt Graeci, vt et in  
numero aereo Caracallam ἀνγυστον, non σέβα-  
σον vocatum, legimus. *Commodi* numus plane  
singularis habet anticam:

M. КОМОД. ANT ATT. IMP.

M. *Commodus Antoninus Augustus Impera-*  
tor.

et posticam:

ΦΟΕΛΙΚΙΤ. ATT. *Felicitas Augusti.*

AVG. FEL. *Augusta Felix.*

COL. IVL. AVG. FEL.

Colonia Iulia Augusta Felix.

AVG. AVGV. AVGVST. *Augustus.*

HERCVL. ROMAN. AVGV.

Herculi Romano Augusto.

PAX. AVGV. Pax Augusti.

AVGVSTOR. *Augustorum.*

AVG. *Augusta.*

DIVA AVG. FAVSTINA.

AV. K. M. AVP.

Αυτοκράτωρ Καισαρ Μάγειος Αυρηλίος.

Imperator Caesar Marcus Aurelius.

B

A. Au.

**A.** *Aulus.* A. F. Auli Filius.

A. N. Auli Nepos.

**AVL.** *Aulas.*

**A.** *Aurum.* A. A. A. F. F.

Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo.

**AVR.** & **AVREL.** *Aurelius.*

**AVP.** idem litteris graecis.

\* In recentioribus graecorum numis corruptela V. Latinorum pro Τ. ὑψίλον graeco irrepit et legitur.

**AVP.** loco **ATP.** Ἀυρηλιος.

**AVP.** **AIA.** ΚΟΜΟΔΟC.

*Aurelius* Aelius Commodus.

**AIA.** **AVP.** Aelius *Aurelius.*

**AVR.** **PIA.** METRO. SID.

*Aurelia* (Colonia) Pia Metropoli Sidone (percussum numisma).

**AVT.** idem quod **AYT.**

**Αυτοκράτωρ.** *Imperator.* mutata littera Y. in V.

\* Iuxta obseruationem nostram voce **AVP.**

**AX.** *Augur Decemvir.*

I

**MP** Imperator Augur DecemVir.

A

X.

**AT.** **KAI.** **Αυτοκράτωρ** *Kaīσaṛ,* item sonant ac *Imperator Caesar.*

\* **Græca**

\* Graeca epigraphe circa caput Imperatorum  
hos ipsos titulos continet plerumque, qui  
in latinis numismatibus tribuuntur ipsis.

**ΑΤΚΑΣΕΠ ΣΕΤΗΡΟΣ Π.** Ἀυτοκράτωρ Και-  
σαρ Λεηνιος Σεπτίμιος Σευηρος Πέρτιναξ.  
*Imperator Caesar Lucius Septimius Seuerus  
Pertinax.*

**ΑΤΡ. vel ΑΤΡΗ.** Αὐρελίος *Aurelius.*

**ΑΤΡΗΛΙ.** *Aurelius.*

**ΑΤΤ. K. M. ATP. ΣΕΟΤΗΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC  
ΑΤΤ.**

Imperator Caesar Marcus Aurelius Seue-  
rus Antoninus Augustus (*Caracalla.*)

**ΑΤΤΟΚΡΑ. K. ΜΑΡΚΟC. AVP. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.**  
Imperator Caesar Marcus Aurelius Anto-  
ninus. (*Idem Caracalla.*)

## B.

**B. β. secundus.**

**BSIS. BSISC. BSISN.**

In officina secunda *Sisciae* cufus.

**BSLC.** In officina secunda signata *Lucduni.*

**ANB.** *Antiochiae* officina secunda.

**AQ. O. B. F.** *Aquileiae* officina secunda Fe-  
riit, siue, officinae secundae Fabrica.

**OB.** officina secunda.

vid. **COMOB. CONOB. CORNOB.**

**L.** B. anno secundo imperii percussum  
numisma.

- B. *Babba*, vrbs in Mauritania Tingitana.  
 DD. EX CONS. C. C. I. B.  
 Decuriones Ex CONSensu Coloniae Cam-  
 pestris Iuliae Babbae.
- BB. *duplex*.  
 ΣΕΒΒ. *Augusti duo*.  
 BBB. *triplex* augmentum.  
 ΣΕΒΒΒ. *tres Imperatores*.  
 BAGG. FRONT. *Baggius Fronto IIvir*.  
 BALB. *Balbus*.  
 ANTO. BALB. PR. Antonius Balbus  
 Praetor.
- BARB. *Barbarus I. Barbatus*.  
 TRIVMFATOR GENT. BARB.  
 Triumphator gentis barbaricae.
- BARBAT. *Barbatus*.
- BARCIN. *Barcino*.  
 COL. FIA. P. BARCIN.  
 COLonia Fauentia, Iulia Augusta, Pia,  
 Barcino.
- \* Est numus Galbae, et ob verba Plinii: Co-  
 lonia Barcino, cognomine Fauentia, eandem  
 excepit explicationem.
- BARNAT. *Bono Reipublicae  
 NATo*.
- \* Verius est, quam *Baptizatus NATus Constantinus*.
- ΒΑΣ. BASIL. BASILEV. Βασιλεὺς rex.  
 BASILEV. BASILE. Βασιλεῦσ Βασιλέων.  
 rex regnantium.
- BEAT.

**BEAT.** *beatus.*

**BEATA** TRANQuillitas.

**BER.** *Beryti*, vel *Berytenses*.

**COL.** **F.** **BER.** *Colonia Fecit Beryensis.*

**B.** **F.** *Beata Felicitas.*

**B.** **F.** **COS.** *BeneFiciarius Consulis.*

**BILB.** *Bilbilis*, vrbs Celtiberorum in Hispania Tarragonensi.

**AVGVSTA** **BILB.** **M.** **SEMP.** **TIBERI.**

**L.** **LICI.** **VARO.** *Augusta Bilbilis Municipium M. Sempronio Tiberino et L. Licinio Varo, IIviris.*

**B.** **M.** *Bonae Memoriae.*

**ΒΟΗΘ.** *Βοήθει.* *Deus auxiliare Romanis.*

**ΒΟΛΟΤC.** *Volusianus.*

**BON.** **EVENT.** *Bonus Euentus.*

**BRIT.** *Britannicus.*

**VICTORIAE** **BRIT.** *Victoriae Britannicae.*

**BRITAN.** *Britannicus.*

**BRITAN.** & **BRITANN.** *Britannia.*

**DE BRITANN.** *de Britannis.*

**BRP NAT.** *Bono Rei Publicae NATi.*

**BRVT.** *Brutus.*

**B.** **S.** **L** **C.** *Officina secunda, signatum Lucduni.*

**BSIS.** **BSISC.** **BSISN.**

*Sisciae in officina secunda.*

**B.** **T.** *Beata Tranquillitas.*

## C.

C. *Caecilius*, l. *Caesar*, l. *Caesarea*, l. *Caius*,  
 l. *Clarissimus*, l. *Claritas*, l. *Clodius*, l. *Con-  
 demno*, l. *Consulto*, l. *Constituendus*, &c.

C. CAECIL. *Caecilius*.

C. A. *Caesarea Augusta*.

CAEL. *Caelius*.

C. D. CAEL. BALBINVS.

*Caesar Didius Caelius Balbinus*.

C. CAE. CAES. *Caesar*. K. Καῖσαρ.

\* *Caesar Iuliorum cognomen fuit, cuius he-  
 redem C. iul. Caesar Augustum constituerat,  
 hicque audita Caesaris morte statim assumxit.  
 Tiberius id sibi ipse tribuebat, quippe ab Au-  
 gusto in Caesarum familiam adoptatus. Par  
 iure *Drusus*, Tiberii filius in numis *Caesar*  
 appellatur, quem Tacitus quoque I. Annal.  
 c. 25. *Caesarem* vocat. Posterioribus tem-  
 poribus, translato imperio a Caesarum fami-  
 lia ad alios, hoc nomen non amplius generis  
 successionem, sed *dignitatem* indicabat, sed  
 eo etiam ornabantur designati augustae maie-  
 statis heredes. Spanhem. diss. VIII. p. 660.*

676. Adhibitum hoc discriben in iisdem  
 numis videoas, ut quae Augusti successori-  
 bus ad Vespasiani tempora, cognominis lo-  
 co cedebat nota *Caesaris*, postea mutata sede  
*praenominis* vicem ut plurimum occuparit,  
 ac pro cognomento Augustorum liberis, aut

appa-

apparitoribus, vt eos vocat Ammianus, vulgo  
sit relicta. Vnde qui ante imperium DOMI-  
TIANVS CAESAR vel AVRELIVS CAE-  
SAR in numis vulgo appellantur, eodem ad-  
epto, CAESAR DOMITIANVS et CAESAR  
AVRELIVS, praeter alios principatus titu-  
los, in iisdem designantur.

N. C. *Nobilissimus Caesar.*

NOB. CAES. idem

CAESS. *Caesares.*

DD. NN. AVG. ET CAESS.

Dominorum Nostrorum Augusti et  
Caesarum.

C. A. I. *Colonia Augusta Iulia.*

\* quae est hodierna Cadix in Hispania.

C. FA. *Caius.* C. F. Caii Filius.

CALD. *Caldus.*

CAP. l. CAPT. *Captus.*

IVDaea CAPta.

DACia CAPta.

C. A. R. *Colonia Asta Regia.*

\* Falso plurimi legunt: *Colonia Augusta Rauracorum*, qui locus prope Basileam, iam pagus ignobilis, nomine Augst. Rectius interpretandae sunt litterae C. A. R. *Colonia Asta Regia*, ad prouinciam Baeticam pertinens, hodierna appellatione: *Xeres de la Frontera.*

CARISI. *Carisius.*

- C. CARTH. vel KARTH. *Carthago.*  
IN CARTH. In Chartaginem.  
V. I. N. C. *Victrix Iulia Noua Carthago.*
- C. CAS. CASS. *Cassius.*  
CAS. LATI. POSTVMVS.  
Cassinus Latienus Postumus. vel  
CASS. LAT. POSTVMVS:
- C. *Causa.*  
R. G. C. Rei Gerundae Causa.
- CC. *Ducenti,*  
RCC. Remissa Ducentesima.  
\* Begerus in thes. Brand. cont. p. 618. asse-  
rit et Suetonius c. 16. de *Ducentesimis* a Caio  
*remissis* testatur. Alii libentius legunt; Re-  
stituti *Circenses*, vt
- CC. *Circenses.*  
CC. AVG. *Circenses Augusti.*
- C. C. Caesar Caius.  
IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS.  
Imperator Caesar Caius Vibius Trebonia-  
nus Gallus.
- C. C. I. B. *Colonia Campestris Iulia Babbae,*  
Ciuitatis Caesareae Tingitanae in Africa.
- C D CAEL BALBINVS  
Caesar Didius Caelius *Balbinus.*
- CEL. CELS. *Celsus.*  
C. VI. CEL. Colonia *Victrix Celsa.*
- CENS. *Censor.*
- CENS. P. et
- CENS. PER. *Censor Perpetuus.*

CEN.

**CENSORIN.** *Censorinus.*

**CER.** *QVINQ.* *ROM.* *CON.*

*Certamen Quinquennale Romae Constitutum,  
s. concessit.*

\* Sueton. in Nerone c. 13. Instituit Nero quinquennale certamen primus omnium Romanorum, more graeco, triplex: musicum, gymnicum, equestre, quod appellauit *Neronia*.

**CES.** *Cum Exercitu Suo,*

Numus Gallieni.

**CEST.** *Cestius l.* *Cestianus.*

**C. F.** *Caii &c.* *Filius.*

**C<sub>E</sub>N<sub>T</sub>VNNOTCNE**~,

cum monogrammate AΩ, et in imo CLPC.

\* Haec epigraphe, litteris vacillantibus in auersa cuiusdam numi Decentii scripta, iuxta P. Harduini sententiam continet precatiunculam ad Iesum, quae litteris separatis sic legenda:

AΩ, siue Christe Deus!

*Caesari Faue Nobilissimo Contra Tyrannum  
Vrbium Nostrarum Nobilissimam Oppugnatum  
Tutela Caesaris Nostra Erit Salus. Com-  
muni Lugdunensis Primaie Ciuitatem.*

**C.** *Christus.*

**XPS.** *Christus*, siue monogrammate consueto

 isto enim signo Constantinus Max. semper vsus est, mandauitque, vt vnuersum exercitum perpetuo antecederet.

**XC.** *Christus.*

**IC.** **X<sup>C</sup>.** **NI** **KĀ**

IHCOTC XPICTOC NIKA

*Iesu Christus vincit.*

**K.** *Cilicia*, vid. K. *Kιλικία*.

**CI.** H. S. *Ciues Hospiti Suo.*

**CI<sup>M</sup><sub>S</sub>** *Ciues Municipi Suo.*

**CIR.** *Circenses (Ludi)*

**CIR.** **CON.** *Circenses constituti;*

\* Alii malunt: *Circenses concessit*, quod defendi potest; neque desunt, qui sine ratione legunt: *Circum condidit*; 1. *Circus conditur,*

**CC.** *Circenses.*

\* Duplicata littera C. pluralem indicat.

**R.** **CG.** *Restituit Circenses.*

**CIV.** *Ciues.*

**OB** **CIV.** **SERV.** siue **OB** **C.** **S.**

*Ob Ciues Seruatos.*

**CIVIB.** *Ciuibus.*

**CIVIB.** **ET** **SIGN.** **MILIT.** **A** **PARTH.**

**RECVP.**

*Ciuibus et signis militaribus a Parthis recuperatis.*

**C.** I. V. *Colonia Iulia Vixtrix*, siue *Valentia*, quam in Hispania citeriori a Pompeio euer-sam, a Julio Caesare autem deductam Co-loniam, ex Plinio constat.

**C.** *Clas-*

C. *Claritas.*

C. R. *Claritas Reipublicae.*

C. S. *Claritas Seculi.*

C. *Clarissimus.*

V. C. *Vir Clarissimus.*

CLAS. *Classis.*

PRAEF. CLAS. ET ORAE MARIT.

*Praefectus Classis et orae maritimae.*

CL. CLA. CLAV. CLAVD. KΛΑV. *Claudius.*

TΙΛΑΙΩΤ. Tι. *Claudius.*

C L DOM. *Caesar Lucius Domitius Aurelianu-*s.

C. LEON. P. A. MVLΘ. A.

*Constantinus Copronym. Leoni Perpetuo Au-*gusto Multos Annos.

C. L. I. COR. *Colonia Laus Iulia Corinthus.*

C. LIB. ΦΛΑ.

Καισάρεια λ. ιβ. Φλα.

*Caesarea Anno XII. Flauii.*

\* Quia *Caesarea*, vbi numus in honorem Titi  
hac epigraphe cusus, numquam *Libera* ap-  
pellata est; litteris *L annus et ιβ. XII.* indi-  
cantur, qui *XII. anni Vespasiano imperante*  
*incipiunt.*

C. L. I. COR. *Colonia Laus Iulia Corinthus.*

CL. V. *Clipeus Votiuus.* l. *Clipeum votuit.*

CL. *Clodius.*

D. CL. SEPT. ALBIN. CAES. *Didius*  
*Clodius Septimius Albinus Caesar.*

CLOA.

**CLOACIN.** *Cloacina*, qua Venerem arbitrantur.

**CLO.** *Clodius.*

**IMP. CAES. D. CLO. SEP. ALB. AVG.**  
Imperator Caesar Didius Clodius Septimius Albinus Augustus.

**CLOD.** *Clodius*

**D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.** Didius Clodius Septimius Albinus Caesar.

**C. M. CLOD. PVPIENVS.** Caesar Marcus Clodius Pupienus.

**CLOVI. PRAEF.** *Clouius Praefectus.*

**CLPC.** *Communi Lugdunensis Prima Civitatem.*

\* Qua subscriptione tota prouincia Lugdunensis precatur pro primaria vrbe.

**CLV.** *Clusit*, idem quod *clausit*.

**IAN. CLV.** *Ianum clusit.*

\* Iani templum tempore belli aperiebatur, pacis vero claudebatur. *Augustus ter clausit hoc templum, tertia quidem vice*, eius imperii anno XLII, orbis 3963. V. C. 751. pace per totum orbem confirmata, nascitur Iesus, saluator mundi.

**C M AVR CARVS.** Caesar Marcus Aurel. *Carus.*

**C M AVR CL QVINTILLVS** Caesar Marc. Aurel. Cladius *Quintillus*, frater Claudii Gothicici.

**C M AVR PROBV.**

*Caef. Marc. Aurel. Probus.*

**C M**

C M CLOD PVPIENVS.

Caef. Marc. Clodius *Puppienus.*

C M CL TACITVS.

Caesar Marcus Claudius *Tacitus.*

C M CASS LAT POSTVMVS.

Caef. Marc. Cassius Latienus *Postumus.*

C M IVL MACRIANVS.

Caef. M. Iulius *Macrianus.*

C M OPEL SEV MACRINVS.

Caef. Marc. Opelius Seuerus *Macrinus.*

C M Q TRAIAN.

Caesar I. Cneus Messius Quintus Traianus.

CN. *Cneus.* CN. F. *Cnei Filius.*

CN. N. *Cnei Nepos.*

CO. *Constitutum.*

COEL. *Coelius.*

COEL. siue COIL.

AEL. MVNICIP. COEL. siue COIL.

ANT.

\* Sic in numis *Antonini*, *Veri* et *Commodi* legitur. Syllabis separatis CO. EL. siue CO. IL. legas: *Aelium Municipium Consuaranorum Eliberis*, siue *Illiberis Antoniniana*. Quae est iuxta Plinium *Collioure* in ultimo limite Provinciae Narbonensis.

COH. *Cohors.*

COH. PRAE. *Cohors Praetoria.*

ADLOCVT. COH. *Adlocutio Cohortium.*

COI.

**COI.** *Colonia.*

**COI. I. T.** *Colonia Iulia Traducta.*

**COIL.** v. **COEL.**

**C.** *Colonia.*

**C. A. A. P.** *Colonia prima Augusta Patrensis.*

**C. A. I.** *Colonia Augusta Iulia.*

**C. A. R.** *Colonia Asta Regia,* ad prouinciam Baeticam pertinens.

**C. C. I. P.** *Colonia Campestris Iulia Babbae.*

**COI. I. T.** *Colonia Iulia Traducta.*

**C. L. I. COR.** *Colonia Laus Iulia Corinthus.*

**C. R. I. F. S.** *Colonia Romana Iulia Felix Sinope.*

**C. VI. CEL.** *Colonia Victoria Celsa.*

**C. V. T. T.** *Colonia Victoria Turrita Tarraco.*

**COL.** *Colonia.*

**COL. AN. COM.** *Colonia Annii Commodi.*

**COL. AVG. CASSANDRENSIS.**

*Colonia Augusta Cassandrensis.*

\* *Cassandria* vrbs Macedoniae fuit, olim *Potidea*, a Cassandro postea *Cassandria* appellata.

**COL. AVG. EMERITA.**

*Colonia Augusta Emerita.*

**COL. AVG. TRO.** *Colonia Augusta Troada.*

**COL. AVR. PIA METRÒ SID.** *Colonia Aurelia Pia Metropoli Sidone.*

**COL. AVR. KAR.** *Colonia Iulia Corinthus.*

**COL.**

**COL. C. LIB. ΦΑΑ.**

*Colonia Caesarea Anno XII, Flauii.*

**COL. FIA. P. BARCIN.**

*Colonia Flavia paterna Felix.*

\* Ob verba Plinii: *Colonia Barcino cognomine Fauentia, interpretantur hanc numi Galbae Epigraphen: Colonia Fauentia, Iulia Augusta, Pia, Barcino, siue Barcellonae.*

**COL. F. BER.** *Colonia Fecit Berythensis.*

**COL. H. LEG. H.**

*Colonia Heliopolis, Legionis Octauae.*

\* Quidam intelligebant Coloniam Heluiam et Legionem Heliopolin, sed sine ratione. Iuxta Iobertum est *Colonia Heliopolis Legionis H. octauae*, cum milites eiusdem legionis octauae Heliopolin in Syriam transmissi essent.

**COL. IVL. AVG. FEL.**

*Colonia Iulia Augusta Felix.*

\* Est Gallieni.

**COL. IVL. AVG. HISPELIA.** *Colonia Iulia Augusta Pella Macedoniae.*

**COL. IVL. COR.** *Colonia Iulia Corinthus.*

**COL. I. V.** *Colonia Iulia Vidrix vel Valentia.*

**COL. L. I. COR.** *Colonia Laus Iulia Corinthus.* siue, *Colonia Latina Iulia.*

**COL. NEM.** *Colonia Nemausensis.*

**COL. PR. FL. AVG.** *Colonia Prima Flavia Augusta.*

**COL.**

**COL. PTOL. TER.** *Colonia Ptolemaida Tertia Legio.*

**COL ROM. AVG. PERM.** *Colonia Romulea Augusti Permissu deducta.*

\* *Coloniam Romuleam eandem esse, quae Hispalis, ex Plinio Vaillantus probat.*

**COL. TYR. MET.** *Colonia Tyros Metropolis.*

**COL. VIM.** *Colonia Viminacium, prouinciae Moesiae Superioris.*

**COL. V. T. T.** *Colonia Viatrix Turrita Tarraco, sic Ioberto placet, aliis autem: Colonia Vetus Togata Tarraco.*

**ΚΩΛΩΝ.** v. K.

**COM.** vel **COMM.** vel **COMMO.** vel **COMMOD.** *Commodus.*

**COL. AN. COM.** *Colonia L. Annii Commodi.*

**COMM. ASI.** *Communitas Asiae.*

**COMM. CON.** *Communi Consensu.*

**COMOB.** *Constantinopoli moneta officinae secundae.*

**CON.** l. *Concessit*, l. *Condidit*, l. *Constitutus*.

**CIR. CON.** *Circenses Constituti.*

**CON.** *Consensus.*

**CON.** *Constantinopolis.*

\* *minime ut quidam malunt: Ciuitates Omnes Narbonenses.*

**CONC.** *Concordia.*

**CONC. MIL.** *Concordia Militum.*

**CONCO.**

**CONCO.** *Concordia.*

**CONCO. EXERC.** *Concordia Exercitus.*

**CONCOR.** *Concordia.*

**CONCOR. AVG.** *Concordia Augusti.*

**CONCOR. MILIT.** *Concordia Militum.*

**CONCORD.** *Concordia.*

**CONCORD. MILIT.** *Concordia Militum.*

**C.** *Condemno.*

**A. C.** in tabulis *Absoluo, Condemno.*

**CONL.** *Conlegium, s. Collegium.*

**CON. I. CONS.** *Consensus.*

**COMM. CON.** *Communi Consensu.*

**D. EX. CONS.** *Ex Consensu Decurionum*  
numisma signauit.

**CONS.** *Conseruator.*

**APOLLINI CONSERuatori.**

**IOVI CONSERuatori.**

**HERCVLI CONSERuatori.**

\* **Vaillantus Herculi legit Comiti.**

**LIBERO P. CONS.**

Libero Patri (Baccho) Conseruatori.

**NEPTVNO CONSERuatori.**

**SOLI CONSERuatori.**

\* **Deos Gallieni Conseruatores videbis anima-**  
**lium plerosque symbolis expressos.**

**CONS. S.** *Conseruatori Suo.*

**P. CONS. AVG.** *Patri Conseruatori Augusti.*

**CONS.** *Conseruatrix.*

DIANAE CONSERUATRICI.

IVNONI CONSERUATRICI.

CONSER. *Conseruator.*

CONSER. VRB. SVAE. Conseruatori  
Vrbis Suae.

IOV. CONSER. Ioui Conseruatori.

CONSER. *Conseruatores.*

IOV. ET HERCVL. CONSER. Ioui et  
Herculi Conseruatoribus.

CONSERV. *Conseruator.*

CONSERV. AVG. Conseruator Aug.

APOLLINI CONSERV. Apollini Con-  
seruatori.

SERAPIDI CONSERV. Serapidi Con-  
seruatori.

CONSERVA. *Conseruator.*

APOLLINI CONSERVA. Apollini Con-  
seruatori.

CONSERVAT. *Conseruator.*

CONSERVAT. AVG. Conseruator Au-  
gusti.

APOLLINI CONSERVAT. Apollini Con-  
seruatori.

CONSERVAT. PIET. Conseruator Pie-  
tatis.

IANO CONSERVAT. Iano Conser-  
uatori.

IOVI CONSERVAT. N. Ioui Conser-  
uatori Nostro.

CON-

**CONSERVAT.** *Conseruatrix.*

**IVNO CONSERVAT.** *Iuno Conseruatrix.*

**CONSIDI.** *Considius.*

**CON.**

**CONS.**

**CONSE.**

**CONST.** *Constantinopoli cufus,*

\* nequaquam Ciuitatum Omnium Narbonensem Secundae Tributum.

**COMOB.** et

**CONOB.** *Constantinopoli Moneta Officinae Secundae.*

\* quia in vrbe tam celebri plures inueniebantur officinae monetales. Alii dissentunt, quibus placet: *Corpus Omnium Negotiatorum Obtulit.* Qua ratione id malint, Iobertus disquirit.

**COR NOB.** *Constantinopoli Romae Nouae in officina secunda.*

\* Alii *Corpus Negotiatorum Obtulit:* Eadem vero, quae superioris vocis COMOB ratio erat, etiam praedicta a Ioberto exposita et refutata.

**PCON.** *Percussa Constantinopoli.*

**SCON.**

**TCON.** *Signata Constantinopoli.*

CONSTANTINO P. AVG. B. M. V. N.

R. P.

in area CI<sup>M</sup><sub>S</sub>

in imo P. L. C.

*Constantino Patri Augusti Bonae Memoriae  
Urbis Nostrae Rectori Perpetuo Ciues Munici-  
pi Suo Primae Lucdunenses Ciuitates.*

\* Est Constantini, e familia Claudia, numus.

C. *Constantinus.*

C. LEON. *Constantinus Leoni.*

C. *Constantius.*

XC. VI. Decennalia Constantii, Vota  
Imperii.

C. *Constituendus*, item CO.

R. P. C. Reipublicae constituendae.

C. *Consulto*. S. C. Senatus Consulto.

COOPT. *Cooptatus.*

COR. CORIN. CORINTH. *Corinthus*. v. K.  
COL. L. I. COR. Colonia Laus Iulia Co-  
rinthus.

COR. P. VENT. Corinthi Publio Ventidio.

C. L. I. COR. Colonia Laus Iulia Co-  
rinthus.

COR. *Cornelia*. KORNHAIA.

COR. CORN. *Cornelius*.

COR. NOB. *Constantinopoli Romae Nouae  
officinae secundae.*

COR. TERR. *Cornelius Terracina.*

COS.

COS. *Consul.*

COS. III. *Consul tertium.*

COS. DESIG. *Consul designatus.*

COS. ITER. *Consul iterum.*

COS QVINQ. *Consul quinques.*

COSV PP. *Consul Quintum Pater Patriae.*

COSS. *Consules.*

COSSVTI. *Cossutius.*

COT. *Cotta.*

C. P. LIC. GALLIENVS. *Caesar Publius  
Licinius Gallienus.*

CREPEREI. *Crepereius.*

C. R. *Claritas Reipublicae.*

CRASS. *Crassus.*

C. R. I. F. S. *Colonia Romana Iulia Felix  
Sinope.*

C. S. *Ciues seruati, l. seruauit.*

OB C. S. *Ob Ciues Seruatos.*

AN. XV. PR. H. O. C. S. *Annorum  
quindecim Praetextatus Hostem Occi-  
dit, Ciues Seruauit.*

C. S. *Casus Sortis. l. Consilio Saturni. l. Co-  
pa Syrisca. l. Claritas Seculi.*

CSISC. *Sisciae cūsus in officina tertia.*

CVR. *Curulis. AED. CVR. Aedilis Curulis.*

CVR. X. F. *Curator Denarii Faciundi; siue,  
Curauit Denarium Faciundum.*

C. V. T. T. *Colonia Victrix Turrita Tarraco.*

KYZ A. *Cyzici officinae primae.*

---

**D.**

**D.** *Damno*, l. *Datus*, l. *Decimus*, l. *Decretum*,  
l. *Decurio*, l. *Dedit*, l. *Denarius*, l. *Deus*,  
l. *Dextra*, l. *Dominus*, l. *Donum*, &c.

**DAC.** ΔΑΚ. *Dacicus*. **D. F.** *Dacia Felix*.  
**DAC.** CAP. *Dacia Capta*.

**D.** *Damno*.

\* C. *Coelius Caldus*, Triumuir monetalis in memoriam aui caput eius numo expressit cum tabula, in qua L. (*Libero*) et D. (*Damno*) quippe qui factus Tr. pl. Popilium Legatum, maiestatis ad populum accusauit, quod turpi foedere in Gallia cum hostibus conuenisset, et vt Popilium condemnaret, *legem tabellariam de perduellione*, quam Cassius exceperat, tulit. Hinc factae *tabellae*, et vti in Cassia sunt litterae *A* et *C*. hic contra in Coelia L. *Libero* et D. *Damno*.

**DASICC.** *Sisciae* cusus.

**D.** DAT. *Datus*. REX ARME. DAT. Rex Armenis Datus.

SVF. P. D. Suffimenta Populo Data.

**DD.** *Decreto Decurionum*.

DD. EX. CONS. C. C. I. B. Decreto Decurionum Ex Consensu Ciuitatum Campaniae Duarum. Si autem

DD. nota pluralis, tunc quidam legunt:  
*Decuriones* Ex Consensu Coloniae Cibritanae.

\* Me-

\* Meliorem protulit Iobertus explicationem:  
*Decuriones Ex Consensu Coloniae Campestris  
 Iuliae Babbae*, quae Babba in Mauritania  
 Tingitana.

DD. P. *Decuriones Posuerunt.*

DD. *Domini.*

DD. NN. *Domini Nostri.*

VICTORIAE DD. NN. *Victoriae Do-  
 minorum Nostrorum.*

Δ. E. Δημαρχιης Ἐξεσίας, *Tribunitia Po-  
 testate*, siue

Δημος, Δημόσιαι Ἔυχαι. *Vota Publica*, siue  
 Δόγματι Ἐπιφέρχιας, *Decreto urbano.*

Δ. E. } Combinatae litterae in numo Phi-  
 S. C. } lippi, Hostiliani, Galli &c. innuunt  
 Δημαρχιην Ἐξεσίαν *Senatus Consulto.*

DE BRITANN. De Britannis.

DE GERM. De Germanis.

DEC. X. *decem.*

X. *Decimus.*

XIV. Decimus quartus.

XIIX. Decimus octauus.

XVIR. *Decemuir.*

IMP. A. X. Imperator Augur Decemuir.

VOT. X. *Vota Decennalia.*

X. *Denarius.*

CVR. X. F. Curauit Denarium Faci-  
 undum.

DE. DEC. X. *Decennalia, Decennium.*

XC. VI. Decennalia Constantii., Vota  
Imperii.

VO. DE. Vota Decennalia.

VOT. DEC. Vota Decennalia.

VOT. SOL. DEC. II.

VOT. SVSC. DEC. III. vid. *Vota.*

DECEN. *Decennalia.*

VOT. SVSC. DECEN. Votis susceptis  
Decennalibus.

DECENNA. *Decennalia.*

DECENNALIB. Decennalibus.

VOTIS DECENNALIBus.

DEC. *Decius.*

IMP. C. M. Q. TRAIAN. DEC. AVG.

*Imperator Cæsar Messius Quintus Traianus  
Decius Augustus.*

\* *Decius* familia dignitateque praestans, et omnibus praeterea virtutibus ornatus, ab exercitu Illyrico contra Philippum Arabem *Imperator* factus, mox occiso Philippo, summo potitus est imperio. Deinde Romam profectus, potestatem, quam suscepserat, firmauit, atque a senatu *Augustus* est vocatus. Bonitate *Traiano* adaequatus, nomenque optimi principis iudicio senatus meruit. Hinc *Traianus Decius.*

D. *Decurio.*

D. EX CONS. Ex Consensu Decurionum.

DEFENS. *Defensor.*

HERCVL. DEFENS. Herculi Defensori.

IOVI

IOVI DEFENSori SALVTIS AVG.

DEIDI. *Didia, Didius.*

DEI PENATES. *Dii Penates.*

DEK. *Δέκιος. Decius.*

DELM. *Delmaticus, l. Dalmaticus.*

METAL. DELM. *Metalli Delmatici.*

D. vel X. *Denarius, denos aeris aestimatus.*

DEOR. *Deorum. PROVIDENTia DEOR.*

DES. DESIG. *Designatus.*

COS. DES. *Consul Designatus.*

Q. DESIG. *Quaestor Designatus.*

ΔΕСΠ. item

ΔΕСПОТ. *Δεσπότης, Despota.*

\* Graecis idem, quod *Caesar* latinis.

DEV.M. *loco Deorum.*

MATER DEV.M.

MATRI DEV.M.

\* Ex arrogantia Iulia Domna coniux Seueri.

Δ. ΕΞ. *Δημαρχικῆς Ἐξσίας. Tribunitia potestate.*

D. F. *Dacia Felix.*

DIA *Diadumenianus.*

KAI M O ΔIA ANTONEINOC. *Caesar  
M. O. Diadumenianus. Antoninus.*

DIADMENIAN. *Diadumenianus.*

DIC. DICT. *Dictator.*

DICT. P. *Dictator Perpetuus.*

DIC. PER. *Idem.*

DID. *Didius.*

Δ. Δίκαιος. *Iustus.*

ΔΗΜ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Β. Tribunitia Potestate  
Consul II.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΤΙΑ. δημαρχινή ἐξστία. Tri-  
bunitia Potestas.

ΔΗΜΗΤ. *Ceres.*

ΔΗΜΗΤ. ΝΕΑ. Δημήτηρ νέα, *Ceres noua.*

DI PATRII. Dii Patrii.

DIS AVSPICIBVS. Diis Auspicibus. Sic  
Hercules et Bacchus *Dii Auspices* vocan-  
tur Seueri.

DIS GENI TALI BVS. Diis Genitalibus.

DIV. *Diua.*

AED. DIV. FAVSTINAE. Aedes Di-  
uae Faustinae.

DIV. *Diuus.* D. F. Diui Filius. D. N.  
Diui Nepos.

DIVIN. *Diuinus.*

OPI DIVIN. Opi Diuinae.

